



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES IURIDICAE  
DE DAMNO IN-  
FACTO, VBI DE PRIMO,  
ET SECVNDO DECRETO,

QVAS DEO OPT. MAX. SVB PRAESI-  
DIO CLARISSIMORVM, CONSVLTISSIMORVM-  
que virorum D. Iohannis Michaëlis Cronenburgeri, &  
D. Iohannis Hollandt SS. LL. Licent. in florentissimo  
apud Agrippinates Collegio, Dictatoris &  
Fisci, pro recepta ac laudabili  
consuetudine defende-  
re conabitur


IOHANNES ROTENBURGIUS  
DE THARSVS.

*Anno recuperatæ per Christum salutis MD, CII.  
IV. Calend. Nouemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE X  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

## CONTINUATIO.

 *Um haecenus actum sit, quomodo futuris operis caveatur: reliquum esse videtur, ut & de remedijs adversus iam facta, ruina tamen minitanti opera differamus: in cuius finem proditum edictum de damno infecto legimus. Si quis enim, verbi gratia, ex aedibus vicini ruinosis damnum timet, huic, praestito calumnia iuramento, damni infecti cavetur; cui nuntiationi si non pareatur, nuntiator vice cautionis in possessionem aedium mittitur à magistratu: & si perseveret vicinus non cavere, etiam eas possidere iubetur,*  
quæ omnia habentur in princip. l. 7. h. t. gl. & Zas. in pr. h. t. Cujas. & VVef. in par. cod.

### THESIS I.

**E**ST igitur cautio damni infecti, quãdo quis de damno, quod ex ruina aedium vicinarum, (a) vel alijs rebus (b) emergere potest, cavet. Damnum enim infectum est, (quod ab ademptione & q. deminutione patrimonij dicitur,) (c) damnum nondũ factum, quod futurum veremur. (d)

(a) l. prætor ait. 7. §. hoc edictum 2. cum seq. l. quod fortè 8. cum seq. in pr. h. t. (b) d. l. 8. §. 1. cum 2. seqq. cod. ubi Zas. Idem ad rubr. h. t. n. 5. (c) l. damnum 3. & ib. Gothofr. in t. (d) l. 2. l. 7. §. 1. cod. Paul. 5. sent. 10. vid. gloss. ad d. l. 2. verb. veremur.

### II.

Huius cautionis primũ causas, deinde formam, tũ effecta considerabimus. Causæ existunt vel ex facto personarum tũ rei, à quo exigitur cautio, tum aëtoris, qui exigit eandem: vel ex rerum statu, unde damnum timetur. Reum accipimus, qui cautionem tenetur præstare, ut est dominus verus (a) vel quasi, emphyteuta, (b) vasallus, libellarius, (c) superficiarius, (d) creditor, qui pignus accepit, (e) fructuarius, qui usum, habitationem (f) vel etiam servitutem realem habet, (g) bonæ fidei possessor, (h) aëtor municipum, ceteriq; qui pro alijs interveniunt. (i)

(a) l. eorum 19. in pr. l. 11. l. 13. §. 1. h. t. (b) l. 15. §. si de vectigalibus 26. & ib. Bart. & Dd. l. 1. si ager vectig. (c) arg. c. un. de invest. de re alien. fact. iunct. d. l. 13. §. 1. (d) d. l. 19. in pr. (e) d. l. 13. §. 1. (f) d. l. 19. in pr. & l. 20. h. t. Duar. cod. c. 2. (g) d. l. 13. §. 1. (h) d. l. 13. in pr. & l. 15. §. si ante 17. h. t. (i) l. 17. §. 1. & 2. cod.

### III.

Contrà cavere non tenetur dominus inquilino, (a) proprietarius usufructuario, (b) socius socio, (c) edificans in loco publico ad utilitatem publicam, (d) item qui, patiente vicino, domum iuxta monumentum exstruxit. (e)

(a) l. 13. l. 33. h. t. add. l. 27. in fin. locati, (b) & è diverso. fructuarius proprietario, nisi vitium soli esset, l. 20. h. t. vid. l. 7. §. 2. l. 65. sup. de usufr. & quemad. & c. (c) l. 32. l. 43. §. 1. h. tit. Ant. Fab. 2. coniect. 9. ubi in aliquibus Accursium reprehendit. (d) l. 15. §. 6. h. t. & iunct. l. 6. in fin. sup. ut legat. & c. Zas. ad d. l. 15. §. deinde ait prætor num. 6. gloss. ibid. verb. si quid fiat. (e) l. 13. §. si quis iuxta 7. ubi Zas. nu. 4. & 5. h. t.

*Aëtor*

### IIII.

*Actor hic intelligitur, cui, postquam de calumnia iuravit, (a) cautio praestanda est. Praestatur autem domino directo & utili, (b) sive solus sit sive cum alijs, (c) frucluario, (d) creditori, (e) servo communi. (f) An & emptori bona fidei? quod magis credo, (g) nisi in continenti doceatur possessor non esse dominus. (h)*

(a) l. 13. §. 3. h. 1. unde colligit Gothofr. post iuramentum calumniae iudicem inquirere posse de veritate, vid. ibid. Zas. nu. 6. (b) l. 18. in pr. d. t. (c) l. 5. §. 1. l. 15. §. 18. l. 27. l. 40. §. fin. h. t. (d) l. 13. §. 9. l. 20. cod. (e) l. 11. d. t. d. l. 18. (f) l. 42. cod. (g) d. l. 11. Zas. ibid. nu. 7. Duar. c. 2. in fin. reiecta hic distinctione glossae & Bartoli inter dominum, & alios, quam tradunt ad l. 13. §. sed ei, qui bona 9. h. t. (h) arg. l. si is, à quo in pr. ut in poss. legat. serv. Zas. d. loco.

### V.

*Et hoc procedit, etiam si quis opus novum nuntiaverit, vel interdictum quod vi aut clam habeat. (a) Contra praestanda non est conductor, (b) neque ei, qui in meo deambulet, la- vet vel divertat, (c) neque recusanti ex contumacia sua alteri cavere, (d) neque locatori suo, nec denique omnibus ijs, quibus alijs actionibus prospectum sit. (e)*

(a) l. 13. §. 10. h. t. (b) l. 18. §. 4. l. 39. §. 2. cod. (c) d. l. 13. §. 4. (d) d. l. 13. §. 11. & ibid. Zas. (e) d. §. 10

### VI.

*Quod ad rerum statum attinet, res eiusmodi esse oportet, ut ex ijs damnū aliquod evi- dens timeri possit. Nam in damnis praeteritis, (a) ut & fortuitis, aut vi divina immis- sis, (b) edictum hoc locum non habet.*

(a) l. 2. l. 6. l. 7. §. 1. hoc edictum, ubi omninò vid. Zas. nu. 1. cum seqq. h. t. (b) l. 24. §. 2. cum seqq. vid. l. 25. §. 6. sup. locati. hos casus fortuitos refert. Hottomanus 4. obs. 7.

### VII.

*Sanè ex impedimento necessario, vel etiam probabili, (a) cautione damni omissa, domi- nus lapsa domus, vel praeisè cogetur tollere rudera, si tota domus corruisset, (b) vel al- ternatim aut tollere rudera, aut ades relinquere, si omninò non decidissent: (c) & tum utroque casu non minus de praeterito, quàm futuro damno cavebit: (d) aliud erit, si ex ne- gligentia quadam stipulatio non esset interposita: nam tum si colligere malit, ad quod ta- men nulla actione obstringitur, omnia etiam inutilia colligere compelletur: & tum de fu- turo duntaxat cavebit. (e)*

(a) arg. l. 8. cum l. seq. in pr. h. t. iunct. l. nec non in pr. sup. ex quib. caus. maior. Zas. ad l. 7. §. hoc edictum l. nu. 6. contra Bart. hic. (b) Zas. d. loc. num. 4. ib. prima declaratio. (c) d. §. hoc edictum in fin. (d) d. l. 7. §. 2. l. 9. in pr. h. t. (e) & ita intelligitur, l. evenit 6. cod. secun- dum communiter Dd. sic declarata per Paulum post Angelum, ut testatur Zas. d. loc. nu. 4. ib. quarta conclusio.

### VIII.

*Porro nò tantum ruina adium ledimur, sed etiam quàm plurimis alijs. Fingamus vim fluminis ex edificio unius importasse quadam in fundum alterius, fingamus ex agro unius crustam reiici in agrum alterius: praeterita damna non continebuntur, sed futura, si fortè tollendo inferrentur. (a) Hinc rectè improbat Zas. consuetudinem rusticorū, qui impor- tata in fundos suos, retinent: (b) nec rectè hinc inferri puto, si pecus depasceret fundos alicujus, illud capi atque includi posse, dum damnum refarciretur. (c)*

(a) l. 9. §. Alfenus 2. h. t. quem §. 2. per §. Neratius seq. corrigi negamus cū Zas. ibid. n. 11.  
(b) Zas. d. loc. nu. 2. vid. auth. nauigia C. de furt. Carol. V. in constit. criminal. c. 2. 8 (c) per  
l. Quintus 39. §. quamvis ad l. Aquil. ubi Costal. & Gothofr. vid. etiam Zas. d. loc. num. 8.  
apud quos plures allegantur tam dissentientes, quam consentientes.

#### IX.

*Ad formam huius cautionis referuntur hæc quæstiones, requiraturne citatio & libelli  
oblatio in scriptis, fierine debeat cautio per simplicem repromissionem, an satisfationem,  
utrum in solidum, an pro parte, coram quo iudice? ad quod usque tempus? & similia. Ci-  
tationem, (a) non etiam libellum, (b) necessarium esse concludimus.*

(a) arg. l. de unoquoque 47. de re iudic. l. 4. §. 5. h. t. unde apparet, sufficere, si aduersari-  
us in iure absens ad domum citatur, idque cōfestim. Zas. ad d. §. 5. prætor ait nu. 10. (b) Ra-  
tio est: quia in summarijs non offertur: at propter celeritatem sufficit hinc summaria cō-  
gnitio, Contra Bart. ita tenet Zas. ad d. l. 4. §. in eum. nu. 13. secutus Speculat. in tit. de lib.  
concept. §. nunc videndum vers. 32.

#### X.

*Satisdant, qui suo nomine cavent, repromittunt, qui alieno. (a) Hinc an satisfatio à jus  
servitutis habente, sicut ab usufructuario exigatur, quæstionis est: gloss. distinguit inter  
servitutes personales & reales, quam rejicit Zas. (b) & aliam distinctionem affert, quã  
& nos amplectimur.*

(a) in l. 13. §. 1. verb. non fatisdare h. t. quam videtur sequi Duar. hinc c. 3. (b) ad l. hoc am-  
plius 9. §. Celsus nu. 3. arg. l. 13. §. 1. h. t.

#### XI.

*Si dubitatur dominus sit necnè, sub exceptione prætor satisfari iubet. (a) Quid de per-  
sona intermedij in casu l. 13. §. cum inter h. t. dicemus? eum satisfare debere existimat Za-  
sius. (b)*

(a) l. 31. §. 1. l. 7. in pr. cod. (b) ad d. §. cum inter nu. 8. quod vix subsistet, arg. l. 13. §. 1. h. t.

#### XII.

*Qui in solidum rei vitiosa dominus est, in solidum, (a) qui pro parte, pro parte (b) quo-  
que cautionem sustinebit coram prætore vel præside, (c) à quo coram tribunali postulata  
sit: (d) verum cum causa damni infecti celeritatem desideret, cautionem, & possessionem  
magistratibus municipalibus Prætor immunxit, cetera Iurisdictioni suæ reservavit: (e) non  
tamen negamus, quin qualibet in possessione missio sine distinctione ijs delegari queat. (f)*

(a) l. in stipulatione 23. h. t. (b) l. si communes 40. de negot. gest. l. si quis putans 6. §. si  
damni 7. Commun. divid. (c) l. 4. §. si fortè §. si tam vicinum (d) neque enim impertit suū  
officium, nisi imploratus d. l. 4. §. hoc autem ubi Bart. h. tit. l. 1. §. magistratibus, de magis-  
tratib. conven. Zas. ad d. l. 4. §. in eum nu. 9. 10. & 11. (e) l. 4. §. duas ergo l. 1. & ib. Gothofr.  
h. t. (f) per l. 4. §. ut possessio, de offi. ejus cui mand. est jurisd. l. 4. de jurisd. om. jud. Co-  
stal. ad d. §. ut possess. & ad l. i. d. t. de offic. ejus & c. Alciat. 2. parad. 4. vid. Longovall. ad l. 3.  
de jurisd. fol. 206. cum seq. Muscorn. in tract. de jurisd. nu. 172. cum seqq. Diff. Bart. Bald.  
Alexand. Ias. & communiter Dd. ad d. l. 1. & seq. de offic. ejus cui mand. est jurisd.

#### XIII.

*Neg. tamen in infinitū cautionem hanc Prætor exponi iubet, sed ad certū tempus ipsius  
arbitratu*

arbitratu ad soli longinquitatem & operis magnitudinem spectante, (a) semel iterumque, quoties necessitas urgebit, (b) concludendum. Similia, sup. d. etum est, ut, quod hac cautio die feriato interponi possit, (c) & de juramento calumnie, quod etiam procurator prestabit. (d)

(a) l. qui bona 13. §. final. & ib. Bart. & add. ad eund. cum l. seq. h. t. l. 9. solut. matr. l. 11. §. 18 de leg. 3. quomodo infinitas vitanda, vid. apud Zas. in d. §. fin. num. 3. (b) l. 4. in pr. l. 15. in pr. ubi gloss. h. t. fac. l. 7. §. fin. de edend. (c) l. 2. & arg. l. 8. C. de ferijs. (d) d. l. 7. in pr. & d. l. qui bona §. si alieno 13 ubi Gothofr. multa quaeritur, quae Andr. Gail solvit 1. obs. 83. & 7. obs. seqq. Zas. ad d. l. 7. in princip. num. 7. contra Accurs. ibid. in verb. fuisse, qui d. §. 13. correctum opinatur per l. 2. §. fin. autem 1. C. de jurejur. propter calum. dand. consentit. Duaren. c. 3 in fin. h. t.

#### XIV.

Sequitur de effectis hujus cautionis sive stipulationis. Hac igitur commissa, quod fit, si damnum vicino datum est ruina adium vel alia causa, (a) agitur adversus promissorem ad id quod interest, in qua actione non solum damni & expensarum, sed & lucri ratio habetur: (b) quod lucrum an per procuratorem, sicut per servum mihi acquiratur, dubitari posset: (c) quod affirmamus. (d)

(a) Duar. c. 4. h. t. (b) l. in hac 28. l. nam si 37. l. ex damni 40. in pr. cod. l. si commissa est 13. in pr. ratam rem hab. Duar. d. loc. c. 5. vid. Zas. ad rubr. h. t. num. 7. & 8. gloss. ad l. 1. cod. in verb. veremur. (c) propter l. liber homo, de acquirend. rer. dom. & l. possessio, de acquir. poss. (d) l. 18. §. ult. l. 39. §. 3. h. t. l. in omnibus 5. de Praetor. stip. Duar. d. c. 5.

#### XV.

Huc pertinent remedia in non caventem prodita, inter quae cum potissimum occurrant missiones in possessionem ex primo, & secundo decreto, de his generatim quaedam cum interpretibus hic praemittimus. Est autem primum decretum nihil aliud quam primum magistratus iussum, (a) quo ob contumaciam rei veram vel fictam (b) actor sive creditor etiam conditionalis (c) in possessionem bonorum feudalium, (d) emphyteuticorum, (e) atque ad eod spirituum (f) iuxta ac aliorum, non tamen prorsus alienorum (g) custodiae causa (h) mittitur, ut ea pignoris vice detineat, (i) donec reus veniat responsurus. (k)

(a) VVesemb. in par. h. t. Speculat. in tit. de primo decreto in prin. & ib. eleganter gloss. in verb. iussum. Bart. ad l. 15. §. Julianus & ibi Zas. nu. 3. h. t. Diss. Accursius ad d. §. Julianus. (b) Cujac. in par. quib. ex caus. in poss. & 10. obs. 31. ubi fictae contumaciae multa exempla adducit. (c) l. 6. in prin. quib. ex caus. in poss. eatur. Speculat. d. tit. §. sequitur nu. 13. VVesemb. h. t. vers. primum decretum. Cujac. 10. obs. 32. (d) Speculat. de prim. decr. §. restat nu. 8. in quibus quomodo fiat executio vid. And. Gail 2. obs. 117. & Pistor. 1. quaest. 15. (e) l. 15. §. si de vectigalib. & ibid. Zas. h. t. (f) c. 2. ut lit non contest. in 6. c. 1. ext. de eo qui mitt. in poss. Pan. ad c. contingat, ext. de dol. & contum. gloss. ad c. un. de eo, qui mitt. in poss. in 6. loh. Gæddæ. de sequest. c. 1. nu. 112. & c. 2. nu. 3. & 4. (g) l. 1. §. si quis, ne vis fiat ei, qui in poss. Specul. d. §. restat nu. 7. (h) l. 15. l. 20. h. t. c. 1. ext. de eo, qui in poss. (i) l. 5. ut in poss. leg. (k) l. 13. C. de iudic. d. l. 5. l. 9. cum auth. seq. C. de bon. auct. iud. poss.

#### XVI.

In omnibus actionibus sive personales (a) sint, sive reales (b) interponitur hoc decretum, nisi id natura actionum respuat, ita ut in nullo petenti esset provisum: ut quando minor petit se

tit se restitui, ut abstineat ab hereditate paterna, (c) si sit iudiciū finium regundorū, (d) si quis diffametur, quod sit servus, (e) si agatur actione iniuriarum ad revocationem, qui casus notantur à Zafio. (f)

(a) l. cum proponat 9. & l. fin. C. de bon. auct. iudic. poss. (b) l. 2. C. ubi in rem act. c. 2. & 3. extr. de eo, qui mitt. in poss. Bart. post gloss. in d. §. Iulianus nu. 40. Specular. d. §. restat nu. 20. cum seq. VVef. in par. h. t. (c) auth. omnes C. si minor ab hered. abst. (d) l. 1. C. fin. reg. (e) l. diffamari C. de ing. manumiss. (f) ad d. §. Iulianus n. 16.

### XVII.

Formas utriusque decreti interponendi à VVesemb. (a) rectè traditas asserimus: (b) nisi quod libellum in primo decreto requirit, (c) & summaria causse cognitionem in realibus non requirit. (d)

(a) in par. h. t. (b) per fundamenta à VVesemb allegata (c) vid. sup. (d) l. 2. C. ubi in rem act. auth. & qui iurat C. de bon. auct. iud. possid. Specul. de primo decr. §. Sequitur nu. 8. Sichard. ad d. l. 2. nu. 16. cum seq.

### XVIII.

Quod ad effectum eius attinet, pignus Prætorium (a) etiam in rerum vindicationibus (b) constituit, nudam saltem detentionem tribuit: (c) non facit, ut immissus fructus lucretur: (d) quamvis hoc per consuetudinem induci posse non negemus, (e) & ijdem vendi, cum servando servari nequeunt, non prohibeantur, (f) atque aded idipsum in quibusdā casibus effectum secundi decreti sortiatur. (g)

(a) l. non est mirum, 26. de pignor. act. l. 1. C. de Prætor. pig. (b) Bart. n. 48. & Zaf. nu. 21. ad §. Iulianus l. finita h. t. (c) l. 3. §. 8. uti poss. l. 9. de rei vend. l. 3. in fi. l. 20. §. 1. de acquir. poss. l. 12. quib. excauss. in poss. quæ sit ratio, vid. Menoch. de retin. poss. 3. num. 173. cum 2. seqq. (d) l. 7. in pr. quib. excauss. in poss. & c. l. 5. §. qui legatorum 22. ut in poss. leg. (e) Menoch. d. loc. n. 177. cum 8. seqq. Diss. Zaf. ad d. §. Iulianus nu. 23. Bart. ibidem in fin. fere. vid. add. ad eund. (f) d. §. 22. l. 8. §. 1. l. 27. de reb. auct. iud. poss. VVef. in par. h. t. (g) quos recenset d. lo. Zaf. nu. 25. vid. etiam Menoch. d. loc. à nu. 186. ad n. 203.

### XIX.

Prætorica pignora eiusdem causse, & tituli iure Digestorum & Codicis prælationem nõ agnoscunt, (a) iure Novellarū non item, cū ibi pro rata declarati debiti fiat immissio. (b)

(a) l. 15. §. 15. h. t. l. si unus, de reb. auct. iud. poss. l. fin. C. eod. l. 114. de reg. iur. l. 5. in pr. & §. prior, ut in poss. leg. nom. l. si & iure, qui pot. in pig. Neguf. de pig. 2. memb. 5. part. & 2. memb. 3. part. n. 10. vers. 3. restringe. Cujac. in par. vers. Et regulæ C. Qui pot. in pig. distinctionem hinc inter iudiciale & Prætorium pignus rejicit Costal. in d. l. si & iure. vid. Don. C. de Prætor. pig. Diss. Zaf. ad d. l. 15. §. ex hoc edicto nu. 5. (b) Novell. 53. §. ubi verò, auth. C. de bon. auct. iud. poss. Zaf. ad d. §. Iulianus nu. 21. & communiter Dd. VVef. h. t. Contrarium tenet Cujac. in d. Nov. 53. fol. 238. cum seq.

### XX.

Ex prædictis de duobus non inutiliter hinc quaeretur; 1. an immissio hoc ordine fieri debeat, ut primò mobilia, deinde immobilia, tum nomina, aliæve iura incorporalia capiantur: 2. an missus ex primo decreto in realibus intra annum propriè possideat: prius cum communi affirmo, (a) postèrius contra communem nego. (b)

(a) l. 15. §. in venditione 2. & ibi Ias. de re iud. c. quoniam §. fin. & ib. Dd. ut lit. non contest. Specul.



est. Speculat. d. loc. §. restat nu. 1. ubi Azonem hunc ordinē nihil curare dicit. VVef. h. t. Diss. Cujac. d. Nov. 53. fol. 239. in fin. (b) idque de utroque iure arg. l. pen. §. pen. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. §. & l. fin. ut in poss. leg. serv. caus. iunct. §. nostra autem Inst. de leg. c. quoniam §. in alijs, ut lit. non contest. c. 1. c. cum venissent, de eo, qui mittitur in poss. Menoch. d. loc. num. 208. cum seqq. ubi pro utraque parte multos Dd. citat Gœddæus, de sequestr. c. 2. nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. Abbas & canonistæ communiter, ut testatur Vacursus in d. §. Julianus nu. 223. Contrarium defendunt Bart. ad d. §. Julianus nu. 47. & in l. 3. §. genera nu. 4. Alexander nu. 11. Iason nu. 20. ibid. & legistæ communiter, de acquir. poss. Speculator d. loc. §. iam de effectu nu. 9. VVef. h. t.

### XXI.

Deniquè unà cum domino immissus in bonis moratur (a) tantisper, dum reus veniat responsurus cautione de lite persequenda oblata, ac damnis actori expensisq; præstitis: (b) & hoc tam in actione reali, nisi in continenti detentator de iure suo doceat, (c) quàm in personali, paucis casibus exceptis. (d)

(a) l. §. in pr. ut in poss. leg. l. 3. §. fin. de acquir. poss. vid. Cujac. 9. obs. 32. in fin. VVef. h. t. ob metum armorum sequestrationem admittit per c. 1. de sequestr. cui resistit Gœddæus d. c. 2. nu. 24. cum 8. seqq. (b) auth. & qui iurat d. c. quoniam §. in alijs (c) arg. l. dolo. de except. dol. Zas. ad d. §. Julianus nu. 14. (d) quos ibidem refert Zas. nu. 22.

### XXII.

Decretum secundum est alterum pratoris seu magistratus iussum, quo ob nimiam contumaciam & moram absentis rei immissus ex primo decreto possidere iubetur. (a) Sed an hoc in actionibus realibus locum sibi vindicet, ab interpretibus in controversiam vocatur: quod affirmamus. (b)

(a) l. §. l. 7. h. t. c. 1. de eo qui mittit. in poss. Bart. ad d. §. Julianus nu. 50. & add. ibid. VVef. h. t. (b) Ratio est, quia per primum actori non est satis consultum. Zas. in d. §. Julianus nu. 18. Gœdd. præcit. loc. nu. 14. Contradicunt Accurs. d. l. finita 15. §. Si plures verb. prius. Speculat. de secundo decret. §. videntum nu. 20. cum seqq. VVef. h. t. in secundo decreto.

### XXIII.

De tempore quoquè dubitatur, intra quod secundum decretum debeat interponi: quidam ex Dd. anno, (a) quidam iudicis arbitrio contineri (b) quidam neq; arbitrio iudicis, neque certis expectatis inducijs rem terminandam esse putant: (c) nos iudicis arbitrio hoc committendum cum Menoch. defendemus.

(a) Spec. de secundo decret. & iuxta num. 2. per c. pen. de eo, qui mittitur in poss. & l. si quis §. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. VVef. in par. nu. 4. h. t. (b) Bart. & Zas. ad d. §. Julianus. Menoch. 2. de arbitr. iud. cas. 6. Covarr. 3. resol. 18. in fin. Gail lib. 1. de arrest. c. 1. n. 15. Gothofr. ad d. l. si finita §. non autem 21. h. t. idque de utroque iure Alciat. in c. 1. nu. 34. de iud. & ratio est quia hoc tempus nusquam est definitum Duar. c. ult. h. t. argu. l. 1. de iure delib.

### XXIV.

Sic grave non minus, quàm anceps cum inter veteres, tum nostra memoria interpretes dubium est, nunquid ex secundo immissus interdum dominium consequatur: Accursus (a) distinguit, ut si is, contra quem facta est immissio, dominus, statim dominium, (b) sin minus, usucapiendi tantum conditio transeat: (c) cuius sententiæ ut communiori, ita & veriori nos etiam subscribimus. (a) ad

(a) ad l. 5. in verb. capere h. t. ibid. Paulus de Castro Zaf. & vulgò Dd. h. t. VVesemb. cod. in fin. ferè. Don. §. comm. 14. fol. 370. nu. 40. & 4. comm. 3. fol. 332. nu. 30. cum seq. Diff. Cujac. ad Afric. fol. 604. idem in §. quos autem & ibid. vid. VVes. Instit. de bon. poss. Iohan. Vaud. r. quæst. 37. (b) per l. 15. §. posteaquam 33. §. Iulianus 16. h. t. (c) l. 3. §. ult. de acqui. poss. l. 18. §. non solum 15. l. 44. §. 1. h. t.

### XXV.

*In illa quaestione an immixtus ex secundo decreto sit potior creditore, negantem partem tuebimur, (a) nisi creditori culpa imputari posset, (b) vel præscriptio obstaret: (c) quæ admodum & in illa, quando plures missi fuerint ex primo decreto, an ij ex secundo decreto efficiantur domini pro rata debiti. (d)*

(a) per l. cum postulasset 44. §. 1. h. t. Zaf. ad l. quid de creditore nu. 6. cod. ubi etiam n. 5. in creditore contributionem non requiri putat. vid. Cujac. 9. ad Afric. fol. 608. (b) l. 12. l. 15. §. 24. & 25. h. t. l. 27. in pr. de noxal. act. (c) l. 1. C. si advers. cred. præscr. opp. vid. Zaf. & Cujac. dd. lo. (d) per l. 15. §. si ante 17. cum seq. Zaf. ad l. 5. §. si plures sint domini 1. nu. 3. cū seq. h. t. contra Bald. Bart. gloss & Dd. communiter in d. §. 1. de iure ff. sc.

### XXVI.

*His præmissis si quis iam non vult Damni infecti cavere, contra eum sit missio primum ex decreto primo, deinde si nimis duratum fuerit, etiam ex secundo, (a) & tum usucapio procedet, non obstante rei alienæ scientia, ut quoque in casu servi noxalis contingit: (b) neq. hoc per ius canonicum abrogatum arbitramur. (c)*

(a) l. 7. in pr. h. t. VVes. cod. (b) l. si finita 15. §. sed in vectigali 27. & ib. Gothofr. h. t. l. & generaliter 28. de noxal. act. & ibid. Gothofr. rationem ex Bart. assignat. Hinc colligit Cujac. 18. obf. 25. scientiam rei alienæ non esse malam fidem, ut vulgò Dd. sentiunt. vid. l. 7. §. 4. pro empt. (c) vid. Zaf. ad d. l. 15. §. si de vectigalib. h. t. ubi plures allegat, & Bart. in hoc à Paulo de Castro, qui correctionem voluerit, dissidere ait.

### XXVII.

*Quod si porrò in possessionem à iudice decretam non admittatur missus, habet in factum actionem, quanti sua interest, impeditum non fuisse: (a) quanquam introduci per manum militarem potest, (b) & si qua iura competunt ijs, qui non caverunt, eorum persecutio illis denegabitur: (c) in magistratū quoque, si non curaverit, quæ sup. scripta sunt, ad id quod interest actio in factum datur, (d) quæ & heredi, & in heredem perpetuò dabitur. (e)*

(a) d. l. 15. §. fin. ubi gloss. (b) l. 15. cui §. missus, ut in poss. leg. VVes. h. t. (c) iam sæpè d. l. 15. §. si qua sunt iura 24. cod. (d) l. 4. §. in eum 7. & ib. Zaf. h. t. (e) d. l. 4. §. fin. Zaf. prædict. loc.

### XXVIII.

*Auctarij loco in causa damni infecti tria à Pratore interponi decreta eum Cujac. (a) an defendi possit, videbimus.*

(a) in tract. ad Afric. 9. fol. 604. per l. 44. in pr. h. t. Gothofr. ibid. ubi appellat primum, cavendi: secundum, custodia: tertium possessionis, Diff. Dd. cōmuniter. VVes. in par. h. t.

## PARERGON FEVDALE.

*Fœminas in feudo fœmineo etiam sine speciali pacto succedere concludimus.*  
c. 1. de nat. success. feud. c. 1. de feud. fœmin. c. 1. de gradib. succed. in feud. c. iugales in  
extraord. Pistor. p. 2. quæst. 34. ubi plures pro utraque parte Dd. allegat.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





Farbkarte #13

B.I.G.



RIDICAE  
INO IN  
DE PRIMO,  
DECRETO,

MAX. SVB PRAESI-  
CONSULTISSIMORVM  
chaëlis Cronenburgeri, &  
Licent. in florentissimo  
llegio, Dictatoris &  
ac laudabili  
defende-  
itur

TENBURGIUS  
ARSVS.

*um salutis CIJ, IJ. XCII.*  
*Novemb.*



GRIPPINAE X  
VS KESCHEDT.



78

